



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 4. Lotharingii Cardinalis responsum ad Legatos circa hæc postulata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæc. XVI.  
A.C. 1563.

§. IV.

*Lotharingii Cardinalis responsum ad  
Legatos circa hæc postulata.*

*Pallav. l. c.  
n. 2. Lit. Le-  
gat. ad Bor-  
rom. 4. Jan.  
1563.*

Ad hæc respondit Cardinalis: „ Ex  
„ hisce postulatis quædam non ap-  
„ probo, si tamen desuper discurrendi  
„ occasionem accepero, mentem meam  
„ altera die in Congregatione aperiam:  
„ si vero quis a me quæreret, cur ipse-  
„ met Oratores non impediverim, ne  
„ hæc postulata producerent, cum ta-  
„ men plenam in eosdem auctoritatem  
„ obtineam, responsum haud aliud mihi  
„ occurrit, nisi quod eandem auctori-  
„ tem antea exercuerim in re magis  
„ necessaria, cum Oratoribus inhi-  
„ berem, ne tum duriora proponerent, prout  
„ foret abrogatio *Annatarum*, necnon  
„ alia Religioni perniciofa, & Curie  
„ Romanæ minus grata: porro idem  
„ in posterum præstabo in iis omnibus,  
„ quæ læderent conscientiam meam, cui  
„ nunquam reluctaturus sum, etiamsi  
„ Regis imperio adigerer: Cum autem  
„ tradita postulata hujus conditionis  
„ non sint, eaque regium consilium una-  
„ nimi consensu comprobasset, nolui il-  
„ lis obfistere.

His addebat: „ Oratores equidem  
„ hæc postulata proponere festinabant,  
„ eoquod ea de re mandata accepissent,  
„ aliun-

„aliunde vero exprobrantium calu-  
 „mnia declinare satagerent, perinde  
 „ac si Synodum protrahere voluissent:  
 „de cetero vos hoc negotium Pontifici  
 „communicare poteritis: nunquam e-  
 „nim nec ego, nec Franciæ Præsules  
 „officio nostro deerimus. Denique ser-  
 „monem suum absolvens subjunxit, quod  
 „vehementer optaret, ut petitiones la-  
 „terent in arcano, donec Pontificis re-  
 „sponsa legatis redderentur: verum o-  
 „ratores satius existimarunt illas evul-  
 „gare, compluribus Patrum id peten-  
 „tibus, præsertim Italis, ut dissiparentur  
 „falsi rumores, quibus spargebatur Pa-  
 „triarchatum totius Galliæ erectum iri,  
 „ipsimet Lotharingio Cardinali confe-  
 „rendum.

Enimvero hæc Gallorum postu-  
 lata quantocius Robadi - Tridenti, &  
 Patavii latino æque, ac Gallico sermo-  
 ne typis edebantur, eaque Legati ad  
 summum Pontificem mittebant per Vi-  
 cecomitem Ventimillensem Episco-  
 pum, qui etiam die trigesima Decem-  
 bris Romam venit, eumque mox seque-  
 batur Gualterius Viterbiensis Præsul,  
 quem Lotharingus Cardinalis pro hoc  
 negotio seligebat, eumque solum eo de-  
 crevisset, si Pontificis literæ, quibus Car-  
 dinalis Mantuanus Vicecomitem deti-  
 nere

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

Sæcul. XVI. nere jubebatur, ante hujus discessum  
 A. C. 1563. Tridentum venissent.

§. V.

*Reformationis articuli a Franciæ  
 Oratoribus propositi.*

*Pallav. l. 19. c. II. n. 4.* Hæc itaque Franciæ Oratores in suo  
*Sarpinus l. 7. p. 633.* libello exponebant: „Constitutum  
*Thuan. l. 35. Psalm. p. 374.* „nobis oratoribus erat jam pridem ex  
*Mem. pour le Concil. de Trente p. 368. Et suiv.* „officii nostri ratione, & christianissimi  
 „Regis mandato ad sanctam Synodum  
 „ea referre, quæ hoc scripto continen-  
 „tur: sed cum Cæsarea Majestas per  
 „reverendissimos, & clarissimos viros  
 „Oratores suos eadem fere proponenda  
 „curasset, nostraque omnis petitio cum  
 „eorum postulatis mirifice conveniat,  
 „sustinuimus aliquantulum, expectan-  
 „tes, dum aliquid a vobis decernere-  
 „tur: quid enim multis postulatis mi-  
 „nime inter se pugnantibus, vix etiam  
 „diversis molestum esse vobis necesse  
 „fuit? præsertim cum ea, quæ adj-  
 „cienda forte videbantur, vel tacite in-  
 „essent, vel necessario ex supra alla-  
 „tis profluerent: itaque restitimus, at-  
 „que illa proponere distulimus: nunc au-  
 „tem iteratis Principis nostri mandatis  
 „compulsi, cum aliunde Cæsareum il-  
 „lud negotium expectatione nostra lon-  
 „gius protraheretur, differendum am-  
 „plius minime censuimus, hinc quan-  
 „ta